



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

VIII. Vt epistolae a solo fiant chorepiscopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

erauerit, conturbans & concitans ecclesiam, per
eam, quæ foris est, potestatem, hunc tamquam
feditiosum corripere oportet.

ANNO
CHRISTI
341.

VI.

11. qu. 3. Si
quis a pro-
prio episco-
po.

Si quis a proprio episcopo excommunicatus est,
non eum prius ab aliis debere suscipi, nisi aut a suo
fuerit receptus episcopo, aut, Concilio facto, oc-
currat ut respondeat. & si Synodo satisfecerit, * sta-
tuimus sub alia sententia eum recipi. Quod etiam
circa laicos, & presbyteros, & diaconos, & omnes
qui in clero sunt, conuenit obseruari.

* quod
statuerit,
sub

VII.

Distin. 71.
Nullum
absque for-
mata.

Nullum absque formata (quam Græci episto-
lam dicunt) peregrinorum clericorum suscipi o-
portet.

VIII.

Chorepi-
scopi qui.

Neque presbyter ad regiones longinquas for-
matas (id est canonicas) epistolas dare, & ni-
si ad finitimos episcopos, simplices epistolas
mittere præsumat. Vicariis vero episcopi, qui a
Græcis chorepiscopi vocantur, formatas facere
liceat.

IX.

6. qu. 3. Per
singulas
prouincias.

Per singulas prouincias episcopos constitutos sci-
re oportet, episcopum metropolitatum, qui
præest, curam & sollicitudinem totius prouinciæ
suscepisse. Propter quod ad metropolitanam ciui-
tatem ab his qui causas habent sine dubio concur-
ratur. Quapropter placuit eum & honore præire,
& nihil ultra sine ipso reliquos episcopos agere se-
cundum antiquum patrum nostrorum qui obti-